



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

47. An Diaconus, si baptizet aliquem in articulo mortis, possit aliquando baptizat infantem? Et an si Diaconus sine commissione solemniter baptizat, sit irregularis? Ex p. 5 tr. 3. & Misc. 1 res. 58.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

considerabilis; ergo opposita inversio & praelatio erit mortalis, utpote gravis usurpatio cuiusdam praelationis, & inchoationis officij.

3. Tertia opinio mortale, etiamsi negligatur Diaconus. Ita Sotus in 4. distinct. 4. q. unic. art. 2. §. circa tertiam. Suarez in 3. part. tom. 3. disp. 31. sect. 4. §. Unde tertio addendum. Layman. lib. 5. tract. 2. cap. 7. num. 4. Zambranus de Sacram. Baptism. c. 1. dub. 1 §. num. 5. Joannes Henriquez in comp. cap. 23. num. 4. Granadus de Sacram. in 3. part. controv. 4. tract. 2. disp. 2. num. 6. ubi sic ait: Non est mortale hunc ordinem invertere, ut si laicus coram Diacono, vel femina coram viro ministraret baptismum, quia cum nullus istorum sit ex officio minister baptismi, quod unus potius, quam alter baptizet, non est gravis inordinatio. Sic ille. Atque hanc opinionem docet etiam doctus Episcopus Moscolus in summ. tract. 2. capit. 4. num. 2. ubi ita affert. [Tambien me parece que pecaria mortalmente el lego bautizando delante de un Presbytero confagrado, y con potestad de Ordenes para aquel ministerio, mas si el lego fué mas habil, como un Doctor Jurista; que el Sacerdote; no pecaria bautizando delante del, pero entre los Diaconos, y Subdiaconos, y Clerigos de menores Ordenes, y seglares hombres, y mugeres, atento que ninguno dellos es ministro propio, ni confagrado para este ministerio, no parece seria pecado mortal bautizar contra el orden arriba dicho; sino indecencia grande. Mas lo que en este caso conviene advertir, es consejo laudable, y salvable, y acertado poner los ojos en la persona que sepa mejor administrar este Sacramento; para que la tal le administre, y por esta razon algunas vezes, y no pocas estando presentes diversas personas, y aun graves; las comadres diestras en este ministerio son las que bautizan los niños, quando estan en peligro de muerte.] Ita Moscolus, & huic tertie sententiae ego libenter adhaereo. Vide etiam me ipsum, & Doctores, quos citavi in 3. part. tract. 4. * ref. 4.

4. Cavendum est igitur maxime ex his, ne ille à quo petitur, ut ministret in periculo mortis baptismum, propter scrupulos, relinquat morientem sine baptismo, expectans ministrum magis idoneum; sed si dubitet an opportunè veniet, vel non, talis idoneus ministret baptismum; quia ea pars est tutior. Et idem est; si dubitet, an sit periculum mortis, vel non; & si pro tibi qualitate & tempore non possit rem examinare, nunquam discedat à loco, in quo est baptizandus periclitans, sed mittat alium; qui vocet idoneum ministrum; ut si interim necessitas urgeat; ipsemet baptizaret. Deinde notandum est etiam, quando baptizat aliquis idiota; dicat formam vulgari sermone potius, quam Latino, ne erret, nisi constaret Latine bene profertendam; & haec omnia docet Zambranus de Sacram. Baptismi, capit. 1. dub. 15. num. 5. & 7.

RESOL. XLVI.

An peccet mortaliter laicus, si praesente Diacono, in casu necessitatis baptizat infantem?
Et quid, praesente Sacerdote?
Et quid est dicendum, quando laicus baptizat extra casum necessitatis, an peccet mortaliter, & incurrat irregularitatem? Ex part. 3. tit. 4. Ref. 4.

§. 1. **A**ffirmative respondet Joan. de la Cruz in direct. conscient. part. 2. de Sacram. Baptismi. q. 2. dub. 1. concl. 3. Nugnus in 3. part. q. 67. art. 5. diff. 2. & Coninch. de Sacram. q. 67. dub. 1. concl. 3. qui pro hac sententia citat Suarez, licet male; nam ipse contrarium, & merito docet in 2. part. tom. 3. disp. 31. sect. 4. & ita etiam hanc negativam sententiam tuerentur Layman. in Theol. moral. lib. 5. tract. 2. cap. 7. num. 4. Villalobos in sum. tom. 1. tract. 5. diff. 8. num. 10. Chamerota de Sacram. tract. 2. cap. 4. dub. 5. Pitigianus in 4. sentent. tom. 1. distinct. 6. q. 1. art. 1. post concl. 5. & Sylvius in 3. part. q. 67. art. 3. & alij, ubi asserunt esse mortale, si absque legitima causa praetermittatur, in tali casu Sacerdos praesens; si autem Diaconus, vel unus ex inferioribus praetermittatur, esse solum veniale, aut nullum, si mulier peritior sit laico praetermisso, ut communiter solent esse obstetrices. Ex his apparet, me olim rectè consuluisse obstetricem quandam non peccasse mortaliter, dum in casu necessitatis baptizavit infantem, dum aderant alij Religiosi in lacris constituti, non tamen Sacerdotes qui hoc facere potuissent.

2. Non desinam etiam hic adnotare Valentiam tom. 4. disputat. 4. qu. 2. punct. 1. Et Joannem Suarez in enchiridio casuum conscientiae lib. 5. ver. baptismus, §. in necessitate, docuisse laicum baptizantem praesente Sacerdote, secluso contemptu, & minime renuente Sacerdote, peccare tantum venialiter.

3. Nota tamen hic obiter contra Paludanum in 4. sentent. dist. 5. q. 2. Sylvestrum ver. Baptismus 3. & alios, laicum baptizantem extra casum necessitatis, peccare quidem mortaliter, sed non incurere irregularitatem; & ita docent Nugnus in 3. part. q. 6. art. 5. diff. 3. Pitigianus in 4. sentent. tom. 1. dist. 6. q. 1. art. 1. & alij. Nec valet dicere, quod qui baptizat sine necessitate, baptizat ex officio, sed propter hoc ponitur laico irregularitas. Ergo. Secundò laicus si conficit aliud Sacramentum, est irregularis; ergo etiam si administrat Baptismum. Nam responderetur ad primum negando majorem, quoniam cum in hoc Sacramento distinguatur minister solemnitatis, & necessitatis, cum non baptizat ex solemnitate, tantum baptizat tanquam minister necessitatis, atque adeò non tanquam ex officio. Et per hoc patet responsio ad secundum negando consequentiam, quoniam in aliis Sacramentis non distinguuntur minister solemnitatis, & necessitatis, atque adeò quomodocumque conficiat, conficit quasi ex officio, & ideo est irregularis, quod non accidit in casu nostro. Ergo.

RESOL. XLVII.

An Diaconus, si baptizat aliquem in articulo mortis, possit aliquando solemniter illum baptizare?
Et an, si Diaconus sine commissione solemniter baptizat, sit irregularis? Ex part. 5. tract. 3. Resolut. 28.

§. 1. **A**ffirmativam sententiam docet Suarez in 3. part. tom. 3. disp. 23. sect. 3. ubi sic ait. In ordine ad solemnem Baptismi administrationem haec ex rationabili causa potest Diacono committi in casu necessitatis, imò si necessitas urgeat, & Sacerdos sit absens; potest ipse jure suo ministerium usurpare, ut docet glossa in c. Diaconus, ver. necessitas 93. dist. Ita Suarez.

C 4 2. Sed

Sup. hoc & contento in hoc & seq. §. in Ref. praeterita, à lin. 4. & in aliis ejus prima not.

Sup. hoc in Ref. not. praeterita.

INTION
OPORA
Tom. 1 & II
E III

Sup. hoc in tom. 3. et. r. ex Ref. 8. lege doctrina à lin. 5. §. 1. vers. Quod autè, & aliquid in duobus §§. legq. praecitata Ref.

2. Sed hanc sententiam refellit Coninch. de *Sacrament. q. 67. art. 5. dub. 3. num. 27. ex cap. Diaconus*, ubi clarè innuitur sine commissione Sacerdotis Diaconum non aliter posse baptizare, quam laicos baptizare posse; nec glossa contrarium docet; sed tantum ait hoc casu posse eum suo jure baptizare, imò docet potius in Ecclesia, sive solemniter sine commissione non posse baptizare. Et ratio videtur esse, quam insinuat Caietanus, quia nimirum Diacono propriè convenit inservire Sacerdoti, atque ita quacumque facit ut Diaconus, debet ea facere ut inserviens Sacerdoti; quòd si autem aliquando sine commissione posset solemniter baptizare, non faceret hoc ut inserviens Sacerdoti, sed quasi suo jure. Nam ea in re non posset dici inservire Sacerdoti, fecus est, quando id facit ex commissione Sacerdotis quia tunc quodammodo ei inservit, dum ejus mandato obsequitur. Nec refert, quòd in extrema necessitate possit baptizare sine commissione non solemniter, quia hoc non facit propriè ut Diaconus, cum eo casu etiam laici possint baptizare, si ipse abesset: quòd autem ceteris omnibus referatur, hoc non facit ut ille actus sit Ordinis. Quare Diaconus sine commissione solemniter baptizans esset irregularis, quia usurparet actionem Ordinis, quem non habet, neque necessitas excusat, quia nulla est necessitas baptizandi solemniter. Et hæc omnia docet Coninch. loco citato, & post illum nominatim contra Suarez tenet etiam hanc sententiam Gaspar Hurtadus de *Sacrament. Baptismi, disput. 2. diff. cult. 4.* Nota tamen quòd Coninch. ubi supra num. 26. suam opinionem vocat tantum probabiliorè; ergo videtur sententiam Suarez tanquam probabilem admittere.

Sup. hoc in tom. 5. tr. 5. si legis doctrina Ref. 24. & 25. facile hanc quest. dissolues.

RESOL. XLVIII.

An monachi peccent mortaliter extra casum necessitatis aliquem baptizando? Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. Ref. 58.

Alibi infra in tr. 5. Ref. 62. cutim in §. Tertio Religiosus.

§. 1. DE hoc casu alibi dictum est. Non reticeam tamen hic apponere sententiam Jacobi Granado de *Sacram. in 3. part. controvers. 4. tract. 2. disp. 1. num. 3.* ubi sic ait. Notandum est in can. placuit 2. 16. quest. 1. Monacho præcipi ne baptizet, & ideo videri id prohibitum Religiosis, Emanuel verò Rodriguez tom. 1. *questionum Regularium. q. 31. art. 1.* ait, in hoc canone solum prohiberi Monachis ne baptizent sine licentia Ordinarij; & glossa in can. pervenit. 18. quest. 2. etiam existimat id licere. Et crediderim id non præcipi sub mortali in jure, & fieri posse saltem aliquando sine veniali. Ita Jacobus Granado.

RESOL. XLIX.

An in aliquo casu cum vita periculo teneatur quis baptizare puerum moribundum?
Et quid, si tantum esset dubium probabile de morte pueri sine Baptismo decessuri è vita?
Et quid est dicendum, si puer habet usum rationis, sed nondum est structus in Fide?
Et quid, si supra dictus structus sit in Fide?
Et quid est agendum in casu, quo pactum intercessisset de non omittenda cura anima proximi, etiam cum periculo vite?
Et cur suo inferatur, an mater gravida teneatur per-

mittere se fecari, ut factus baptizetur, aliàs sine Baptismo moriturus? Ex p. 5. tr. 3. Ref. 16.

§. 1. AD hanc questionem ita respondet Ochagavia de *Sacram. tract. un. de Baptismo. q. 7. n. 3.* Sic casus, quem adducit Sylvester in *summa ver. Bellum 2.* Sacerdos vult baptizare puerum animam efflantem in eo casu, quo nullus alius adit, & tunc invaditur ab hostibus, qui injuste volunt eum occidere, si se defendat fugiendo, vel alia via puer moritur sine Baptismo, quòd si baptizet puerum, non potest se defendere, sed sine dubio occiditur ab hostibus. Ad hunc casum respondetur primò tunc non esse necessè Baptismum cum solemnitate ministrare, sed sine illa posse licitè ministrari, quia Ecclesia non obligat ad cæremônias illas accidentales, quæ in Baptismo solemniter reperuntur cum tanto periculo observandas, cum Ecclesia in suis præceptis mitissima sit. Secundo respondetur si mors Sacerdotis imminet, etiam ministrando Sacramentum sine solemnitate, tunc potius Sacerdotem debere eligere mortem propriam corporalem pati, quam alienam spiritualem pueri prætermittere, eum non baptizando; quia vita spiritualis pueri in tanto periculo constituti pluris faciendâ est, quam vita corporalis propria. Ad quod Parochus ex justitia obligabitur ratione officij, alius verò quilibet ex charitate. Immo addit Sylvester ubi supra, si tantum esset dubium probabile de morte pueri sine Baptismo decessuri è vita, in eo casu, quo Sacerdos defenderet se, & aliàs si non se defenderet, sed baptizaret puerum, certo sequeretur mors Sacerdotis; adhuc Sacerdos potius tenetur subire mortem, quam puerum sine remedio Baptismi relinquere, propter rationem proximè assignatam. Quam resolutionem ita ego intelligendam puto, scilicet dummodo puer ille non habeat usum rationis, si enim talem usum haberet, & instructus esset in fide, posset sine Baptismo relinqui, ut Sacerdotis vita consuleretur, tunc enim puer sine Baptismo, & per contritionem justificari posset apud Deum, aliàs si non esset puer instructus in fide, & animam ageret, deberet eum Sacerdos instruere in rebus fidei cum periculo propria vite in prædicto casu, præcipiendo ei ut haberet actum contritionis, si eum propter periculum mortis non posset baptizare. Et hæc omnia docet Ochagavia ubi supra, cui adde Jacobum Granado de *Sacram. in 3. part. contr. 4. tract. 4. disput. 4. mem. 5.*

2. Non desinam tamen hic adnotare verba Emanuelis Sa ver. *Charitas*, ubi sic asserit. Infantem alioqui moriturum sine Baptismo, teneris cum tuæ vitæ periculo baptizare; secundum quosdam, quod alij probabiliter negant, nec enim cum tanto detrimento debetur ei tale officium, alioqui & mater gravida teneretur permittere se fecari ut factus baptizaretur, aliàs sine Baptismo moriturus, quod nemo dicit. Ita ille, cui adde Sotum de *secret. memb. 2. quest. 2. post 6. conclusionem.* Arevalum de *correctione fraterna*, & Sancium in *selectis disput. 10. num. 9.* docentem non adversari D. Thom. 2. *quest. 26. art. 5.* asserentem obstrictos esse nos plus proximi animam amovere prosequi, quam proprium corpus, id est, vitam. Nam intelligi debet, quòd quis amore suæ conservandæ vitæ proximo non præstet consilium patrandi scelus, sive quod positive ad necem spiritualem ipsius non concurret, quia tunc amans vitam corporalem, æternam perdit peccato depravati consilij intercedente: at quòd non omittat provi-

Sup. hoc supra lege doctrinam Ref. 8. §. 1. & 2. & §. ejus not. & in tom. 7. tr. 4. Ref. 19. & in tom. 4. tr. 6. ex Ref. 42. in fine, & signatè pro prima diff. hujus R. in to. 8. tr. 10. Ref. 3. 5. Notandum.

Sup. hoc in Ref. 2. not. præteritæ §. ult.

Sup. hoc lege infra doctrinam §. 1. Ref. 73. & §. ejus auct. & ex Ref. 74. §. ult. & cum eodem Sup. hic infra citato in tom. 7. tr. 4. Ref. 19. in fine, §. 1. mo.